



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 2. Caput de titularibus Episcopis deletum, & Seminaria approbata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

lia con-  
hoc ex-  
, osten-  
m arbi-  
minue-  
tur nu-  
hujus-  
: qua-  
ies ma-  
l Ponti-  
nputari  
s nego-  
llis in-  
c pium  
xoptat,  
Cete-  
us, cui  
auctor  
e tem-  
aria di-  
unia in-  
tio non  
est, eo  
n aliis  
in po-  
ceptum  
ost tan-  
, quam  
, diffi-  
ingulo-  
eretur:  
um no-  
mina

mina recensere, & illorum usum gene- Sæc. XVI.  
A.C. 1563.  
ratim commendare ad secundi capitil  
finem: præcipue vero, quoad fieri pos-  
set, opportune curandum, ut per emen-  
dationis decreta hi Ordines in usum re-  
vocarentur.

## §. II.

### *Caput de titularibus Episcopis deletum, & Seminaria approbata.*

Pariter sublatum est illud decreti Pallav. n. 2.  
& 3.  
caput, cuius decisio jam parabatur contra novam Episcopos ad merum ti-  
tulum creandi consuetudinem: crede-  
batur enim, quod Ecclesiæ necessarius  
esset moderatus quidam numerus E-  
piscoporum, quibus citra sui gregis de-  
trimentum liceret subservire aliis in  
suffraganeorum munere, & alii a Ro-  
manorum Pontifice tanquam Legati  
Apostolici decerni, vel ad alias Episco-  
porum functiones adhiberi valerent.

Præ ceteris etiam comprobatum est,  
ut Seminaria instituerentur, adeo, ut  
complures affirmarent, quod si nullus  
alius fructus ex eo Concilio decerpitus  
fuisse, solus hic labores omnes & in-  
commoda in Ecclesiæ utilitatem tole-  
rata compensaturus esset, cum id  
unicum sit adjumentum, quod efficax  
ad reparandam collapsam disciplinam  
agnoscetur, cum certa sit regula, in

**Sæcul XVI.** omni Republica tales haberi cives, quales educantur: **A C 1563.** cum autem pro proxima Sessione tranquille celebranda firmam inter Patres unionem revocare adlaboraretur, novus interea tumultus fuscitabatur, occasione nata ex loci prærogativa, de qua Franciæ & Hispaniæ Oratores contendebant tanta animorum vehementia, ut tot annorum labore partus hucusque fructus exinde deperdi timeretur.

### §. III.

#### *Controversia de loci prærogativa rursus inter Hispaniæ, & Franciæ Oratores fuscitata.*

*Pallav. c.2.  
Thnæn. hist.  
sui temp. l. 3p* **E**quidem Francia, prout jam alibi memoravimus, hujus juris possessionem a tempore hominum memoriam excende & quidem in omnibus Europe Aulis jactitabat, illiusque juris monumenta in pluribus historicis repenit contendebat: nihilominus Lunensis Comes insuperhabita litis compositione inter ipsum & Galliarum Oratores inita de loco sibi in Congregationibus assignato questus sciscitabatur, quam sedem occupaturus esset in Ecclesia, dum in festis solemnibus res divina perageretur, cum tunc circa incensi ritum ac pacis osculum novæ, eæque graves e-